

*nostra in trituris judiciorum non tantum privatis commoditatibus ve-
 lificetur, sed & insuper viam monstret, qua ad summos honores grassari
 fas est; Audi illum Josephum Scaligerum Ep. 378. ad Joannem à Wo-
 virer: Studium Juris malim te persequi; neq; à tam bono incepto
 desistere: Scis enim, eam viam esse unicam hodiè illis, qui & sum-
 mos honores consequi, & patriæ prodesse volunt; que valde, ut ju-
 ri sedulo studendum sit, nobilissima incitabunt pectora, cum optimi
 mortalium altissima cupiant. Cavendum vero maxime, ne in id do-
 ctrine incidas, que nostram Artem vel leviter extenuat, sit enim eo
 ipso, ut nunquam ad maturitatem aliquam ascendere possis; cum
 tamen infinites juris nostri solida cognitio profit, vel Cicerone teste,
 ni fallor, pro Cæcinnâ: Qui Jus Civile contemnendum putat, is
 vincula revellit non modò judiciorum, sed etiam utilitatis vi-
 tæq; communis: Qui autem Interpretes Juris vituperat, si imperi-
 tos juris esse dicit, de hominibus, non de Jure Civili detrahit: Si im-
 peritis non putat esse obtemperandum, non homines lædit, sed le-
 ges & jura labefactat. Mi MARTINE, fac impostherum, ut no-
 stram & tunc ornes Cathedram, quando Tibi Honorum Gradus de-
 cernendi erunt, sic enim postea in Aulis Principum & Rebus publicis,
 si non in primis, certè secundis, aut tertiis stabis, quod semper laudi
 ductum fuit. Vale & apud animum tuum jus nostrum depone, ut id
 brevi ad publicum tuumq; commodum promas; faveq; mihi Te amanti.
 E Museo meo d. 11. Julij. Anno M. DC. LXXVI.*

JOACHIMUS Merger D.
 & Prof. Pandect. Publ.



Siccine DEPOSITUM curæ est, MARTINE,
 Parentis

Optimi, & in Doctos ex asse, propago, benigni?
 Sic placet incocto generosum pectus honesto
 Imbuere, ac Themidos gnavam promittere
 Alumnum?

O quan-